ro, an quando noua actio cumulatur debeant dari noue inducie.
gloſſ. dicit, ꝛ bene, quod ſic, niſi in ſecunda poſſit eſſe inſtructus ex
deliberatione, quam fecit in prima. Exemplum ponit glo. Aliquis
conuenitur vi bonorum raptorum, poſtea ex eadem cauſa conue-
nitur furti. Certe non dabuntur noue inducie, quia ex deliberatio-
ne in prima cauſa potuit eſſe inſtructus in ſecunda. Dictum gloſ.
placet. Sed iſtud exemplum non videtur procedere, quoniam poſ
ſibile eſt abſolutoriā latam in prima, parere exceptionem rei iudi.
in ſecunda vt ſ. dixi. Sed ita demum procedit exemplum, ſi forte a
parte illa exceptio non opponatur.

**Expedita** materia cumulationis, venio ad vltimā par-
tem, que dicit, prout edicti perpetui monet
authoritas, ꝛ ius dicentis decernit equitas. Quid eſt hoc dictum.
Et primo quero, quid eſt hoc dictum. Secundum gloſſ. dic quod
hoc dictum prout ſignificat tempus ꝛ qualitatem, vel ſignificat ſe
cundum tantum, ſcilicet, qualitatem. ꝛ iſta eſt gloſſ. noua, libri an-
tiqui non habent eam. Quid vult dicere hic glo. Vult dicere quod
28 † hec dictio prout ſignificet tempus, intra quod licet emendari ꝛ
mutari, quod eſt quandoque ante lit. conteſtat. quandoque poſtea
vt ſ. dixi. Item ſignificat qualitatem. hoc eſt, vt ſit ſaluum ius deli-
berationis, ꝛ defenſionis reo ꝛ etiam intereſſe ſuum, vt ibi videbi-
tis. Subdit gl. vel ſecundum tantum, quaſi dicat, hic dictio prout
ſignificat qualitatem, ſcilicet, qualiter admittatur emendatio, ſci-
licet ſecundum formam edicti pretoris, in quo de tempore nihil di
citur, vt ibi videbitis. Sed certe prior expoſitio magis placet, vt
ſignificet tempus, ꝛ qualitatem, qꝛ hic hec dictio prout, non ſolum
refertur ad edictum pretoris ſed etiam ad equitatem ius dicen-
tis, que non patitur iſtas mutationes poſt litem conteſtat. vt d. l.
non poteſt. vt ſ. dixi. Et ex his habes, quod hec dictio prout, poni-
tur limitatiue. ¶ Et per hoc facit ad queſtionem, in aliquo libello
29 † ſit mentio de aliquo inſtrumento, vtrum illud inſtrumentum de-
k beat edi[k] ante litem conteſtatam. Inno. extra de prob. in ca. j. dicit
quod ſic, quia aliter reus nō poteſt eſſe inſtructus an velit cedere.
Ego vel contendere, dico ſic. Quandoque in libello ſit mentio de
aliquo inſtrumento, non per modum limitationis ſed per modum
cuiuſ-

cuiuſdam aſſerte probationis. Uerbi gratia, dicit actoꝛ, ꝙ Titius
vendidit mihi talem rem pꝛo tanto pꝛetio ⁊ quod de hoc rogatus
eſt talis notarius, vel quod de hoc apparet per publicum inſtru-
mentum manu talis notarij, tunc reus poteſt eſſe certus ex ipſo li-
bello. Non enim fit mentio inſtrumenti, vt limitet contenta, ſeu nar
rata in libello, ſed dicit actoꝛ qualiter narrata poteſt pꝛobare. Si
vero fieret mentio de inſtrumento limitatiue. Uerbi gratia, dico
quod Titius vendidit mihi fundum pꝛo tãto pꝛetio, pꝛout appa-
ret manu talis notarij. que dictio pꝛout, eſt limitatiua, vt hic vi-
des. Tunc aduerte, Aut reus non debet eſſe inſtructus ex illo in-
ſtrumento, de quo fit mentio in libello, quia ad eum non pertinet, ⁊
tunc debet ei fieri copia inſtrumenti ante litem conteſtatam, quia
alias deliberare non poteſt. Ita loquitur dictum Innoc. Si vero
eſt aliquod inſtrumentũ, de quo reus poteſt eſſe inſtructus. Exem-
plum petit legatarius ab herede legatum, pꝛout cõtinetur in tali
teſtamento, certe quia apud heredem debet eſſe teſtamentum, non
debebit fieri copia, ⁊ iſtud pꝛobatur expꝛeſſe. ff. eo. l. ij. ¶ Sed con-
tra hoc videtur; ff. vt lega. not. cau. l. poſtquam. §. ſi dies. vbi etiam
heredi editur inſtrumentum. Sol. Fateoꝛ quod contra heredem le
gantem ad pꝛobationem, debet edi teſtamentum, non ad delibe-
rationem. Ita loquitur queſtio noſtra. ¶ Quero. dixi quod hec di
ctio pꝛout, denotat tempus, ſcilicet vſque ad litem conteſtatam. ⁊
l quandoque poſtea. Quid ſi dixi in libello, ſaluo[l] mihi iure † adden-
30 di, minuendi, ⁊c. an iſta clauſula aliquid impoꝛtet? Reſpond. nihil,
vt extra de fide inſtru. c. inter dilectos. Cum enim iſta tempoꝛis li-
mitatio non pꝛocedat ex voluntate pꝛoducentis libellum, ſed ex le
gis diſpoſitione, hec pꝛoteſtatio nihil releuat, vt habuiſtis not. in
ſimili in l. alimenta. j. de neg. geſt. ¶ Quero quid vult dicere edicti
monet authoꝛitas, ⁊ ius dicentis decernit equitas? Quidam di-
cunt quod pꝛo eodem ponitur, ⁊ eſt inculcatio verboꝛum. Ueri-
tas habet ſe aliter, nam in eo quod dicit edicti perpetui monet au
thoꝛitas, facit mentionem de l. j. in pꝛin. ff. eod. vbi dicitur quod edi
tio debeat taliter fieri quod reus poſſit deliberare, an velit cedere,
vel contendere, ſic ergo debet permitti mutatio, ⁊ emẽdatio, vt reo
ſit ſaluum ius deliberandi, an velit cedere, vel contendere. Si igi-
tur illud quod additur eſt leue, ⁊ modicum, non dabitur noua di-
latio, alias ſecus, vt extra de dilati. c. litere. ⁊ ita gloſſ. intelligit hic.
Ueruntamen in edicto pꝛetoꝛis nihil dicitur de emẽdatione dam
ni, vel expenſarum contra eum qui male edit actionem, ſed bene di
citur in illo edicto contra eum qui negliget edere rationes, vel in-
ſtrumenta ex iudicis pꝛecepto ad ſimilitudinem illius voluit foꝛte
intelligere Imperatoꝛ pꝛout edicti perpetui monet authoꝛitas,
videlicet quod reſtituatur reo expenſe, quatenus eſt indebite reus
fatigatus, ex eo quod illa editio, vel emendatio fuit retardata. Et
m ita videtur intelligere glo. hic poſita.[m] Melius puto quod iſta re-
fectio expenſarum veniat ex vigoꝛe illoꝛum verboꝛum que infra ſe
quuntur, vel ius dicentis decernit equitas, nã equitas iudicis de-
creuit quod ille qui aliquem temere vocauit ad iudicium puniatur
in expenſis, vt ff. de iud. l. eum quem temere. Inſt. de pena teme. liti.
31 per totũ. j. de iudi. l. ſancimus. Nec intelligo † quod ſemper pꝛopter
emendationem debeat refici expenſe, ſed ita demum ſi reus ex hoc
damnificatus eſt. ¶ Quid enim ſi petij rem, ⁊ in libello poſui duos
fines, poſtea addo alios duos fines? Certe ex hoc in nullo damni-
ficatur reus, quoniam cauſa deliberationis per hanc additionem
non mutatur, ⁊ idem in ſimi. ¶ Sed ſi per adiectionem cauſa deli-
berationis mutatur, quoniam ſecundum pꝛimum libellũ reus de-
bebat cõtendere, ⁊ ſic expendit querẽdo aduocatos, ⁊ ſimilia, licet
defecta adiectione, ⁊ emẽdatione reus deliberet nõ cõtendere, cer-
te reficerentur ei expenſe, qꝛ in his damnificatus eſt. Sed ſi vtroq̃
modo tam ſecundum emẽdationem poſtea factam, reus idem de-
liberaſſet, ſcilicet contendere, quia foꝛte negaret ipſum factum de
quo agitur pꝛincipaliter, non puto quod equitas iudicantis dicet
expenſas reficiendas, qꝛ reus damnificatus non eſt, niſi pꝛopter hoc
lis efficeretur longioꝛ, qꝛ tunc condemnaretur in tantas expenſas,
in quantas reus damnificatus eſt pꝛopter litem amplius pꝛolon-
gatam, vt l. non ignoꝛat. j. de fruc. ⁊ lit. expen. Iſtud autem ꝙ tunc
expenſe veniant reficiẽde quando rei intereſt, hoc gl. tua dicit. Sed
32 quo iure iſte expenſe veniant reficiende? gl. dicit † per actionem in
factum, vt l. ſi quis ex argentarijs. §. ex hoc edicto. ff. eod. quod non
placet in caſu iſto, qꝛ lex allegata loquitur quando quis ideo tene
tur, qꝛ ad pꝛeceptum iudicis nõ edidit, hic vero loquitur de eo qui
male libellum compoſuit, quo caſu expenſe veniunt iudicis officio
mercenario, vt l. terminato. j. de fruc. ⁊ lit. expen. ¶ Quero vtrum
33 minoꝛ ⁊ mulier condemnentur † in expenſis iſto caſu. gl. videtur hic
dicere quod non, dum dicit quod ratio perſone habeatur, arg. pꝛo
hoc ff. eodem. l. j. in fi. ſed ibi ſimiliter loquitur quando quis delin-
quit nõ parendo iudici. Sed in caſu noſtro, puto quod adminiſtra
toꝛ minoꝛis veniat cõdemnandus in expenſis, qꝛ temere litigauit,
⁊ fiat executio in eum non in minoꝛem, vt l. non eſt ignotũ. j. de ad-
mini. tuto. Plene dixi in l. qui ſolidum. §. etiam. de leg. ij. ¶ Nec ob.
l. Polla. de his qui. vt indig. qꝛ ibi ideo non punitur minoꝛ, qꝛ pe-
na non poteſt cadere eque in tutoꝛem, ⁊ in pupillum. Facit ad pꝛe-
n dicta j. vnde vi. l. meminerint. Mulierem[n] autem puto in expenſis
condemnari quoniã non reperio iſtum caſum in quo ipſa iuuetur,
34 ergo, ⁊c. vt l. fin. s. de iur. ⁊ fac. igno. ¶ † Ultimo quero aliquis pꝛo-
poſuit certi condictionẽ que non infamat, vt mutare, ⁊ pꝛoponere
actionem famoſam, vtrum poſſit? Odof. tenet quod non, qꝛ ius di-
centis equitas hoc non dictat. nõ enim tendit ad aliud, niſi vt offi-
ciat, ergo, ⁊c. vt l. in fundo. de rei ven. Idem tenuit Mar. Sil. dom.
Gul. de cu. ⁊ do. Iac. But. quod ſatis puto equum. Et hic ſit finis.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Sequitur. Mouet hic aliqui difficultatẽ querẽdam,
quid ſit ꝙ cum tex. noſter loquitur alternatiue, in quo ſufficit al-
teram partẽ eſſe verã, doctoꝛes tamen ⁊ Bar. ſumunt copulatiue.
Sed pꝛo ſolũ. Uide. Bar. in l. ſi is qui ducẽta. §. vtrũ. ff. de reb. dub.
b POMA. ¶ Non ſufficiat. Iſta ſuppletio non videtur neceſſaria,
ex quo hic ponitur actio pꝛo libello. qui conſtat ex his, vt habetur
per Bart. ⁊ doc. in l. j. ff. eo. nec placet id quod aliqui dicunt, quod
non fuit neceſſaria iſta declaratio alia ratione, quia pꝛopoſita po-
nitur ⁊ res ⁊ cauſa, cum ſit ius pꝛoſequendi, ⁊ oꝛiatur ex cõtractu
vel quaſi, ⁊c. ſi aduertatur hoc, eſt contra iura alleg. per Panoꝛ. ⁊
que notaui in d. l. j. ⁊ certe edita ſola actione non poſſit quis plene
deliberare an vellet contẽdere necne, contra no. hic per doctoꝛes.
c POMA. ¶ Colligitur Conſidera quid differant inter ſe reſecare,
⁊ detrahere, ⁊ quod emendare ſit mutare verba, ſententia perma-
nente. Unde facit tex. in l. actoꝛum verba. ff. de re iudi. Et aduerte,
quod ille text. nihil facere videtur, quia ſi emendare impoꝛtaret id
quod s. deductum eſt, non fuiſſet neceſſe addere in text. ibi, tenoꝛe
ſententie permanente, cum hoc impoꝛtaſſet verbum emendare.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Defectus. vult gl. a contrario quod
in criminibus licita eſt alias emendatio ſicut in ciuilibus, pꝛo quo
eſt gl. in l. ſi maritus. §. ſi negauerit. quã ibi reputat ſingularẽ Bal.
ff. de adulter. eam etiam ſequitur in l. accuſationis. de accuſatio. j.
repꝛobans Guliel. de Cugn. hic qui tenet contrarium, vbi vide.
Idẽ vult Bar. in libello criminali vt ſi omiſſus ſit locus, vel tẽpus,
ſit nullus etiam parte non opponente. de quo vide per Aret. in c.
qualiter. ⁊ quando ij. de accuſat. videndum eſt vltra cumulationes
vnum ſignanter notab. ꝙ vbicunq̃ dictum eſt cumulationem fieri
poſſe iſtud eſt verũ, niſi ex foꝛma ſtatuti deberet pꝛocedi ſimplici-
ter, iſtud ſingulariter vult Bal. in l. nec quicquam. §. de plano. ff. de
offi. pꝛoc. ⁊ leg. ſequitur Aret. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter de verb. obl.
P. PAV. P. ¶ Ad faciendum quod libellus mutari non poſſit, vi
de Cepo. cautela. cxix. ⁊ clxxiiij. eundem cautela. ccxj. Item an libel
lus datus in cauſa pꝛincipali poſſit mutari in cauſa appellationis,
vide Ro. conſi. ccclxxxj. Item circa materiam emendationis, decla
rationis, additionis libelli, vide Felyn. in cap. ij. extra de libel. obla.
d POMA. ¶ Iudicium vide Alex. conſ. clxxv. vol. ij. Que autem ſit
ratio, ꝙ omiſſio diei, ⁊ tempoꝛis, in criminali vitiet libellũ, etiã par-
te non opponente, ſecus autẽ ſi omittatur cauſa libelli in ciuili, co-
gita. niſi dicas ꝙ in ciuili põt quilibet renunciare iuri ſuo ſecus, in
criminali, cũ nõ ſit dominus mẽbꝛoꝛum ſuoꝛũ, cui videretur renun
ciare, ſi admitteretur talis libellus, cũ non poſſit pꝛobare de eius
innocentia, pꝛobãdo ꝙ tali tempoꝛe nõ fuit in loco delicti cõmiſſi.
e ¶ Concluſione. Unde dicit Ang. conſil. ccxcj. quod non inſpicitur
quod narratur, ſed ꝙ concluditur. Sufficit tamen ſi libellus pꝛe-
ſumptiue concludat, vt tenet idem Ang. conſi. cclix. conſil. cv.
f ¶ Ex cauſa. Sed an tũc requiratur binum pꝛeceptum, vide Alex.
conſi. xciij.
g POMA. ¶ Dices tu. Bar. hic videtur ſentire duo, quod ex libel
lo nulla debeat ſolui Gabella, ſtante ſtatuto ⁊c. quod eſt contra l.
ij. ⁊ ibi ponderat Bald. ⁊ Sal. j. de eunuch. cum concoꝛ. de quibus
per Ale. conſil. xxxvj. vol. iiij. Idem videtur ſentire quod ex libello
nullo refoꝛmato nõ debeat ſolui gabella ſtante dicto ſtatuto. quod
eſt contra not. per doc. in l. iuris gentium. §. adeo. ⁊ in l. ab emptio-
ne. ff. de pact. vbi volunt, quod ſtante dicto ſtatuto quod de omni
contractu, quod habebit etiam locum in contractu refoꝛmato, ⁊c.
niſi dicas, vt hic dicunt aliqui Peruſini, quod Bart. hic conſide-
rauit actum. pꝛoducendi, contra quos facit. l. iiij. §. condemnatum.
ff. de re iudi. quod vero ad ſecundum conſiderauit quod gabella
pꝛius ſoluta, de libello inualido compenſabitur pꝛo eo quod de-
bet ſolui libello poſtea refoꝛmato. argumen. l. poſt rem iudica. ff. de
tranſac. que implicant contradictionem. imo cogita tu.
h ¶ Conceptus. Adde Io. de Ana. conſi. xj.
i ¶ Dixi tibi. vide Ange. conſil. ccxcvj. Alexan. cõſil. vj. iij. lib. Rom.
conſil. cxcj.
k POMA. ¶ Quandoque volo. Et vide Bar. in conſi. inci. an ven-
ditio, vbi ponit foꝛmam vt quis dicat quod agit omni melioꝛi mo-
do ⁊ foꝛma, quib. poteſt, ⁊c.
l ¶ Detracta. Uide Bar. conſi. cxxxiij.
m AND. BARB. ¶ Quandoque volo. vide de materia dom. Ant.

do. Abb. ⁊ alios in ca. ij. de libel. obla. ergo vidi dubitari hoc anno, an iſto caſu teneatur emendans ad expenſas, quando declarauit obſcuritatem libelli, vſque ad ſententiam, ⁊ conſului quod ſic, ⁊ ita fuit obtentum.

n ¶ Mutatione. An libellus poſſit mutari in cauſa appellationis, vide Ro. conſi. cccclxi.

o ¶ Et l. fundum. Iſtam reg. non probant dicte leges, ſed ſe fundāt ne per ſecundum iudicium fiat preiudicium primo, vt hic aliqui dicunt. Sed vide ibi Pau. de Caſt. vide Alex. in l. j. ff. de leg. j.

p POMA. ¶ Contrarie. Ex hoc videtur, quod non poſſent accumulari Publiciana ⁊ rei vendicatio, qꝛ videntur contrarie vt per gl. ⁊ doc. in §. ſed iſte. Inſti. de actio. Item quod nō admittatur talis libellus, dico ſententiam nullam, ⁊ iniuſtam, de quo per Bart. in l. ſi expreſſum. in prin. de appel.

q POMA. ¶ Condemnatione, intellige ſic Bart. quod poſſibile eſt quod executio taliter fiat. quod cōtingat liberatio ⁊c. ⁊ imo, impeditur cumulatio. nō autem quod ſemper fiat. Et vide ad hec Bal. in l. ordinarij. j. de rei vendi. ⁊ Rom. conſi. cxl. ⁊ conſi. cclxv.

r ¶ Cumulatio. Adde Ro. conſi. ccxl. cclxv. ⁊ conſi. ccxcij.

s ¶ Precedere. Uide Pau. de Caſt. conſi. cclix.

t POMA. ¶ Per me. Adde aliam regulam, vt per Ange. Areti. in §. ſi minus. j. de accuſa.

v P. PAV. P. ¶ Cumulationum. Adde quod vbi princeps mandat procedere ſimpliciter, non admittitur cumulatio, ſecundum Bald. in l. ne quicquam. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. obli. Uide in materia cumulationis Felyn. in capit. ij. de libel. obla. ⁊ ibi. ponit aliqua de cumulatione, que fit conditionaliter ad aliam actionem intentatam.

x AND. BARB. ¶ Addo quintū. Quando fit libellus ſuper pluribus hypothecarijs, vide Lud. Ro. in conſil. ccxxxvij. vbi pulchre loquitur. alleg. Bar. in hac lege. vide ibi.

y POMA ¶ De anni. exc. Not. declarationem ad d. l. fi. vt non procedat ſolutio vbi proponeretur libellus obſcurus in vna cauſa, ſed etiam in plurib. cumulatiuis propoſitis, qꝛ ſicut vna poteſt declarari, ita ille plures.

z POMA. ¶ Si vero competit. Item facit contra, qm̄ ſequeretur hoc modo ꝙ quis ex delicto ſuo ſentiret commodum. contra. l. itaque fullo. poſt prin. ff. de furt. Non ob. l. fin. j. de ord. iu. nam vide per gl. in d. l. rerum amo. Non obſt. etiam. l. per minorem, quia loquitur quando per ciuilem poterat criminaliter preiudicare, qꝛ abſolutoria lata in ciuili generaret tale quale preiudicium in criminali.

a POMA. ¶ Libellis, intellige diuerſis libellis, id eſt, in diuerſis ſcripturis. ſed diuerſis habito reſpectu ad iuris effectum, vt per Bar. in l. libellorum. §. ſed ſi aliud. ff. de accu. ⁊ ſentit hic dum. ſ. all. l. fi. j. de anna. except.

b ¶ Eodem libello. Idem dicit Rom. alleg. conſi. cxj.

c POMA. ¶ Iudicium. Conſidera ꝙ Barto. habuit reſpectum ad effectum cauſarum non autem ad actiones. ſola enim intētabatur ſed plures erant cauſe. ita quod dicit in eo libello fieri cumulatiue intellige ſi ā principio ſemel pronunciatur ſecus ſi vna poſt aliam tunc enim opus fuit nouo libello, per d. l. non eſt nouum. poſt prin. ⁊ vera gl. ibi vide gl. in c. fi. in ver. perſonalibus de reſcrip.

d POMA. ¶ Ut l. de ea, Aduerte ad hanc q. quia l. de ea. non multum facit, quia non loquitur de actione cumulanda impedienda, ſed quod abſolutoria, ⁊c. imo melius facit. l. nemo ex his. §. quoties. alleg. per Bar. in quarto genere. ff. eo. iudica.

e ¶ Hypothecaria vide Ro. vbi ſupra. conſi. ccxl. ⁊ conſi. cccxcij. Adde tu pro ſolutione. §. ſed neqꝫ vltra no. per Alex. hic ⁊ doc. vide d. Maria. Soc. in c. dilecti. de li. ob. artic. j. xxix. q. iiij. in princ. ver. circa fin ibi ſecundo infertur verſi. ſed aduerte redeundo ad ſolutionem.

f POMA. ¶ Debere dici Doctrina Bar. hic eſt communis ſecundum Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Cumulatio. Iſtam quartā regulam limita, ⁊ intellige vt per Alexan. poſt Ang. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.

g ¶ Unus libellus Adde tu. ⁊ vide. d. Mari. Soci. in c. dilecti. arti. xxix. q. vij. verſi. quartus effectus. Et quid de additione facta libello, an debeat ſolui gabella? per eundem Bart. ⁊ per do. Mari. vbi ſ. ⁊ per Io. Berta. in trac. de gabel. in v. parte. prin. in fin.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Unus libellus. Nunquid autē tunc ineptitudo libelli circa primam vitiet libellum circa aliam cumulatam. vide Bald. in l. legata inutiliter. ⁊ ibi Imo. ff. l. de legat. j.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Expeditis generibus cumulationū. Facit quod not. j. adde Bal. in c. querelam. de elect.

h ¶ Subtilis. Adde vt per eundem in l. hos accuſare. §. lege. ff. de accu. ⁊ in l. j. §. accuſ. ff. ad Tur. per gl. ⁊ doct. in l. ſi accuſ. Adde tu. quod d. Mari. Soci. in c. dilecti. de lib. ob. artic. xxix. q. vij. ſequitur hec dicta Bart.

i ¶ Poſita adde ſecundum Alex. quod hoc communiter tenetur.

k ¶ Edi. Adde ꝙ cum opi. Bar. concor. Bal. in repetit. Paduana. Idem tenet Rota conclu. xxiiij. incip. Item in libe. Ant. de Butr. in c. j. de prob. ⁊ vide Spec. in tit. de inſtr. edit. §. nunc dicamus. ver. quid ſi quis. cū aliquibꝰ verſ. ſeq. ⁊ de hac dictione put, vltra Ale. vide Feli. in c. ij. de reſcr. ⁊ ibi de dictione ſecundū, ⁊ quemadmodū.

l ¶ Saluo. Adde vltra Alex. de hac clauſula Specu. in tit. de libel. concep. §. j. verſi. fin.

m ¶ Poſita. Adde Bal. conſil. clxix. in fin. ij. lib.

n ¶ Mulierem. Puto in expenſis condemnari. ⁊ imo poteſt eſſe, qꝛ in his que ſunt introducta ad rigorem iuris conſeruandum, comparatur mulier ruſtico, vt per Bar. in l. j. §. nunciatio. Itē qꝛ beneficium principis. l. ij. §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loco publico.

## LEX IIII.

a **Qui accuſare.** [a] Reus non edit actori ad intentionem fundandam, ſed

b actore non probante reus abſoluitur. [b] h. d. ¶ Uides ergo nota. l. ⁊ collige notabili. vt patet in ſummario. ¶ Opp. ff. eod. l. j. §. edenda. Sol. Ibi reus volebat vti inſtrumentis, vnde de eis debet facere copiā actori. ¶ Oppo. ff. eo. l. ſenatus. Sol. Ibi ſpeciale in fiſco, cui eduntur inſtrumenta a reo. ¶ Tertio opp. de l. argētarius. ij. reſpon. ff. eo. Sol. ibi loquitur in rationibus que ſunt communes dicam de hoc infra l. fi. ¶ Opp. de l. fallaciter. j. de obliga. Reſpon. fallit in his caſibus in quibus debet probare vtraque pars. ¶ Ultimo opp. ad fi. l. de l. ſi quando. j. vnde vi. Sol.

c Actore non probante reus abſoluitur. Fallit [c] in caſibus vbi actori defertur iuramentum vt d. l. ſi quando. ⁊ de in litem iurando. l. in actionibus. j. de iureiurando. l. in bonefidei. cum ſimilibus, ⁊c.

### ADDITIONES.

a ¶ Qui accuſare. Adde inquantum Alex. dicit ſecundum Bald. quod notarius negans ſe fuiſſe rogatum de aliquo inſtrumēto de quo vere fuit rogatus, venit puniendus de falſo. Et hoc limitat ſecundum Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de inſtru. edi. in §. inſtrum. Dic quod eſt in §. poſtre. ⁊ poſt illam addit. vide Feder. conſi. cxiij.

b P. PAV. P. ¶ Reus abſoluitur. Etiā ſi nihil probet. ⁊ poteſt opponere de iure tertij excluſiuo in totū iuris agentis. Uide Comen. cōſi. cxv. poſt prin. incip. domina Catharina ⁊ vide pro limitatione huius regule gl. pleniſſimam. in c. vnico in verbo probāte, extra vt eccle. benefi. Et quod ibi intentio actoris eſt fundata, ⁊ probata de iure communi, exceptio autem rei eſt dubia, ferri debeat ſententiā pro actore, vide Alex. conſi. cclxxvij. in prin. vbi declarat qualiter iſtud procedat. Uide etiam ad hoc per eius limitationem, vt nō procedat quantum ſit pro euitanda pena, Bart. ⁊ que ibi ſcripſi in l. non ſolum. §. ſed vt probari ff. de oper. nou. nun. Item adde quod reus venit abſoluendus diffinitiue quando data fuit dilatio actori ad probandū ⁊ nihil probatur, alias abſolueretur ſolū ab obſeruatione iudicij quaſi nihil actitatum. Et vide Iaſ. in l. fin. ff. de ferijs.

c ¶ Fallit. Adde alios caſus per Spec. in tit. de proba. verſ. ſed licet reus ⁊ Inn. in c. j. vt eccl. benefi. ⁊ Bal. hic vnū no. quod dicit ſpe. in tit. de inſtr. edi. §. videndū verſi. ex premiſſis quod iudex ex magna cauſa poteſt cogere aliquē vt inſtrumēta ſua edat aduerſario, hoc dictum ſequitur Rota deciſi. dcij. vt refert ⁊ ſequitur Ro. cōſi. cccxcviij. Que autē dicatur magna cauſa. vide Io. And. ibi in addi. ⁊ inquantum Alex. in fi. dicit quando ſolo iuramento probatur intereſſe petētis edi probato dolo. Adde Ro. cōſi. lxxx. Et qn̄ quis cogatur edere inſtrumenta vel libros rationum. vide Car. conſi. cxix.

1 ☞ Accuſator ſi non probauit cauſam, an iudex poſſit ſupplere, ⁊ inducere nouos teſtes, vt eam probet.

2 Uerbum debet importat neceſſitatem.

**Qui accuſare** Actor nō poteſt petere a reo editionē, ad intentionē ſuam fundādā, qꝛ probationes debet habere, quo nō probante reus abſoluitur. h. d. ¶ No. ꝙ dixi in ſummario. Concordat huic l. nimis graue. j. de teſt. Item no. tex. qui dicit iuris, ⁊c. videtur notare differentiam inter ius, ⁊ equitatem. Opp. ⁊ videtur ꝙ reus debeat edere actori, ⁊ econuerſo, vt l. j. §. edenda. ff. eo. Sol. quandoqꝫ reus vult vti inſtrumētis, ⁊ tunc etiam de his debet facere copiā actori. Quandoqꝫ reus nō vult vti, ⁊ tūc nō tenetur, vt hic. ¶ Itē opp. de l. Senatꝰ. ff. eo. Sol. vt in gl. ¶ Itē opp. de l. argentarius. ff. eo. Sol. ꝙ ibi loquitur in rationibus quarū copiā quilibet debet habere. ¶ Item opp. de l. fallaciter. in fi. j. de abo. Sol. ibi loquitur in quibuſdā criminalibus, vbi probatio ſpectat tā ad reū, vt purget innocentiā ſuā, quā ad actorem. ¶ Item oppo. de l. in bone fidei. j. de iureiur. de l. admonendi. ff. de iureiur. Sol. vt not. in d. l. admonēdi. Iſta lex videtur facere cōtra opi. Iac. de Are. in l.

1 ij. de aboli. vbi ipſe tenet ꝙ † ſi accuſator non probat intentionem ſuā, ꝙ iudex poſſit ſupplere, ⁊ inducere nouos teſtes in accuſatione, ⁊ facere probari eā. Et ꝙ iſta lex faciat contra, patet. nā hic eſt

2 verbū debet ꝙ importat neceſſitatē, vt not. in l. ſepe de offi. preſid. ſi hoc eſſet verū ꝙ iudex accuſatore nō probante poſſet ipſe teſtes producere, nō eſſet neceſſe ꝙ haberet ꝓbationes accuſator, ꝙ iſta lex tamen requirit. Preterea lex introducit quedā crimina ſpecia-

liter

liter in quibus vult iudicē per inquiſitionē poſſe procedere, ⁊ ma‑
leficia prohibere que crimina probātur in l. ij. §. ſi publico. ff. de a‑
dul. ⁊ aliqua in l. iubemus iuncta gl. ſ. in fi. j. de prob. Si eſſet verū,
ꝙ iudex etiā ſuper accuſationibus in quocūq; delicto poſſet ipſe
teſtes producere, modicū prodeſſet ſtatuiſſe ſolū circa crimina in
qbus per inquiſitionē procederetur. Preterea video idē in falſa‑
rio in quo crimine vltra oīa alia crimina dʒ fieri ſubtilis inueſtiga
tio, ⁊ probatio, vt l. vbi. j. de fal. Et tū lex dicit ꝙ actore non ꝓbāte
reus abſoluit, vt no. d. l. vbi. in gl. q̄ incipit id eſt interlocutoria. Nō
ob. l. ij. de aboli. alle. vt ſ. p Ja. qꝛ ſi iudex in defectū accuſatoris de
hoc nō confidit ꝙ ipſe probet id ꝙ in accuſatiōe continetur, vt ex
nimia infamia, vel hʒ eum ſuſpectū, ⁊ ideo non confidit, vt l. accuſ.
de accu. tūc pōt producere ipſe teſtes. Sed in caſu vbi accuſator
nō probat accuſationē, vel qꝛ teſtis nō cōcludit, vel qꝛ dicit ſe ni‑
hil ſcire, ⁊ accuſator nō eſt corruptus, ꝙ iudex poſſet inducere te‑
ſtes ad probandū delictū, nō reperitur lege cautum. Ita intelligit
Spe. eā in ti. de inquiſitione in §. qū aūt. ¶ Nō ob. l. ſi nō defendā‑
tur. ff. de penis. qꝛ illa lex loqtur quo ad innocētiam accuſati, qꝛ iu
dex a ſe interponit partes ſuas. Sed quo ad condēnationē facien
dā de accuſato, ꝙ a ſe poſſit interponere partes ſuas, abſit. Et ſi
dicas quare potius ad defendendā innocentiā, ⁊ abſoluendū poſ‑
ſet interponere partes ſuas potius ꝙ ad condēnandū. Reſpō. qꝛ
faciliores ſumus ad abſoluendum, quā ad condemandū, vt l. Ar‑
rianus. de actio. ⁊ obli. ⁊ l. abſentē. ff. de penis. Preterea nos habe
mus vnā regulam generalē que patet ex tex. l. j. in fin. ff. de queſtio.
qꝺ innocentia eſt defendēda, etiā lata ſentētia que tranſiuit in rem
iudicatam a qua nullū eſt remedium, tū poteſt ad infringendam
ſniam ſupplicatio porrigi, ne innocēs etiā poſt cōdemnationē pu‑
niatur, ꝙ alias nullatenus reperimus, vt poſt ſententiā latam de
crimine ſuperiori ſupplicatio porrigatur, ſi trāſiuit ſententia in rē
iudicatam, ideo non procedit, argu. preallega. l. ſi non defendantur.

LEX V.

**Non eſt nouum.** Breuiter dicit ſm lect. quam intendo tenere. Actor edit reo ad exceptionem probandā. h. d. Hanc legem examinabo. j. eo. l. fin. que eſt clauis huius materie.

LEX VI.

**Iuſtum.** Priuato etiam a fiſco fit editio ad defenſionem probandā. h. d. Op. de iure fiſci. l. in fraudē. §. neq; inſtrumenta. Sol. hic agebat fiſcus cōtra priuatū, ideo reus edit cōtra ſe, ibi vero aliꝰ priuatus agebat, vnde fiſcus cōtra ſe nō edit. Uel hic loquitur de rationibus publicis que videntur facte de mādato ſoluētis. Quicunq; enim ſoluit exactori, habet mandare quod ſcribat, ſicut dixi ſ. eodem. l. j. ⁊c.

LEX VII.

1 ☞ Inſtrumenta communia debent eſſe apud digniorem.
2 Socio debet fieri copia omnium inſtrumentorum, ſine cauſe cognitione.
3 Originale quando eſt neceſſe, debet tradi.
4 Dignior ſi ſit effectus vilior, an inſtrumenta ab eo auferentur.

a **Procurator.** Inſtrumenta cōmunia debent eſſe apud digniorē[a] ⁊ alteri fiet
1 copia, ⁊ cum expedierit originale edetur. h. d. ¶ † Not. ex
hac l. quod inſtrumenta cōmunia debent eſſe apud digniorem. ſi‑
mile in l. fi. de fi. inſtr. ¶ Secundo not. qꝺ ſemper ſine aliqua cauſe
2 cognitione † debet fieri ſocio omnium inſtrumentorum copia.
3 ¶ † Tertio not. qꝺ quando eſt neceſſe debet tradi originale. Item
not. qꝺ exemplū non facit fidem. ¶ Quero dicitur hic, qꝺ inſtru‑
menta debent eſſe apud digniorem. Pone ꝙ inter te, ⁊ me conue‑
nit ꝙ inſtrumenta eſſent apud me, demum tibi ſucceſſit fiſcus, an
auferentur a me, ⁊ tradentur fiſco? Gul. dicit ꝙ non, qꝛ fiſcus vte‑
tur iure priuati, vt l. fiſcus. ff. de iure fiſci. l. cum quidam. §. fiſcus. de
4 vſur. Quid econuerſo † pone ꝙ ille qui primo erat † dignior, nūc eſt
effectus vilior, vtrū ab eo nūc auferentur inſtrumenta? Dicit Gu.
quod ſic, arg. ff. de ſol. l. cū quis in prin. ⁊ l. Stichum. §. vſufr. eo. tit.
tractabo ſtatim in aut. ſi quis in aliquo, ideo hic non inſiſto.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Digniorem. Uide que dicit Petrus de Ubald. in
tracta. de duobus fratribus. in xxxv. q. xj. partis principalis, ⁊ vide
que dicit Jaſ. in l. cū quid. in ij. lect. ff. ſi cert. peta. Et pondera bene
tex. in l. ſi que ſunt cautiones. ff. fami. erciſ. qui probare videtur cō‑
trarium eius quod dicitur hic vt in l. fin. de fide inſtr. Sed Azo in
ſumma. C. fami. erciſ. intelligit gl. ibi, ⁊ communiter alij hic, ⁊ in d. l.
ſi que ſunt cautiones. Et ponit Azo vbi ſ.

AVTHENT.

1 ☞ Exemplum probat contra producentem, ⁊ nu. 14.
3 Exemplum ſumptum ab eo qui fecit originale, probat, ⁊ nu. 15.
4 Pars, quod debeat citari quando exemplum fit iudicis autorita‑
te, ⁊ nu. 17.
5 Inſtrumentum quando poſſit exemplari extra iudicium de par‑
tium voluntate, ⁊ nu. 18.
6 Depoſitio teſtium facta ſuper tenore, ⁊ omiſſione inſtrumēti, quo‑
modo fieri debeat, ⁊ nu. 19.
7 Inſtrumentum exēplatum per tres, vel quatuor notarios aſſeren‑
tes ſe vidiſſe, ⁊ auſcultaſſe inſtrumentum, quando fidem faciat.
8 Notarius non facit fidem, niſi de eo quod rogatur a partibus.
9 Notarius non poteſt eſſe rogatus, niſi de eo quod faciunt partes.
10 Exemplum exempli quando probet, ⁊ nu. 21.
11 Inſtrumentum quando facit mentionem de alio inſtrumento, an
tunc illud probet.
13 Sentētia dicente viſa litis conteſtatione iuramento calumnie, ⁊c.
an per hoc probetur quod interuenerint, ⁊ nu. 22.
20 Inſtrumenti originalis amiſſio iuramento probatur.

a **Si quis in aliquo.** [a] Breuiter hoc dicit. In eo ꝙ vnum
b inſtrumentum facit mentionem de alio[b] non probat, niſi
aliud exhibeatur, vel aliter comprobetur. h. d. Nos ha‑
bemus hic duas materias. Una eſt vtrū exēplum probet. De hoc
tangit in l. C. Alia vtrum inſtrumentum quod facit mentionem de
alio, in eo in quo ad aliud refertur probet, ⁊ de hoc tangitur in hac
aut. ¶ Uenio ad primā oppo. videtur quod exempla probent, vt l.
1 in fraudem. §. neque inſtrumenta. ff. de iur. fiſ. Sol. Fateor † ꝙ exem‑
pla probant contra eū qui exēpla dedit, vt legibus contrarijs non
2 contra aliū, vt hic. † Et per hoc ſis cautus quādo datur tibi exem‑
plum alicuius inſtrumenti in iudicio quod notarius dicat. Hoc eſt
exemplū cuiuſdam inſtrumenti producti per talē cuius copia da‑
tur de volūtate dicte partis, ⁊ de mādato iudicis, vt ſic ſemper illa
c copia fidem faciat contra eū. ¶ Secundo oppo.[c] ff. eod. l. ſi quis ex
argentarijs. §. prohibet. vbi dicitur quod exemplum facit fidem, nam
ibi poſtulat quis ſibi edi exemplum, ſi enim exemplum nō proba‑
ret, ad quid ederetur. Solu. Dicunt quidam doctores ibi facit fidem
contra eum qui dedit exemplum illud, vt dixi in precedenti cōtra‑
rio. Hoc non placet ad quid enim peteret ille qui dedit exemplum
illud exemplum ſibi edi ſi fidem non facit, niſi contra ſe, non video.
3 Dico † ergo ſic.[d] Quandoque eſt exemplum ſumptum ab illo eo‑
d dem qui ſcripſit originale, ⁊ tūc indiſtincte facit fidem, ſicut ipſum
originale, cum eadem eſt perſona, ⁊ eadem authoritas que vtrique
fidē imponat, ita loquitur l. contraria, ſed exemplum ſumptum ab
alio non faceret fidem, ita loquitur hic. ¶ Oppo. ⁊ nunc intro gl.
videtur quod exemplum facit fidem, vt in authen. vt fratrum filij.
§. illud. ⁊ de admi. tut. l. chirographis. Solu. dicunt quidam exem‑
plum priuatum non facit fidem ſed exemplum publicū alterius in‑
ſtrumenti publici faceret fidem, vt l. cōtraria. Ita dicebāt quidam.
Iſta ſol. diſplicet gl. noſtris. quid enim ſi in primo inſtrumēto erāt
raſure, ⁊ cācellationes? Certe ex hoc poſſet fieri fraus, ⁊ ideo dicūt
ipſi quod in l. cōtraria fuit exemplum ſumptum authoritate iudi‑
cis, ideo facit fidē, alias ſecus, ⁊ iſta eſt vera, ⁊ vide glo. Et pro hac
4 opinione declarāda quero † quādo iudex interponit authoritatem
e ſuam in publicandis inſtrumētis, vtrū debeat citari[e] pars? Doc.
noſtri omnes tenēt quod ſic. Cyn. hic, ⁊ Petr. Bell. de Cu. in l. iam
ita diuus. de ado. Inno. de fide inſtr. c. ſi. ⁊ de teſt. c. Ab. ⁊ Specu.
de inſtr. edi. §. oſtēſo. verſ. qualiter autem. Ratio, quia pars poſſet
ledi, ergo ⁊c. vt in l. de vnoquoque. de re iudic. ⁊ l. iam ita diuus. de
5 adopt. l. in cauſe. §. cauſa cognita. ff. de mino. ¶ † Quero vtrum in‑
ſtrumentum poſſit exemplari vel examinari extra iudiciū ſine au‑
thoritate iudicis, de voluntate partium? Inn. tenet quod nō, in d.
c. ſi. de fide inſtru. Item Spe. in d. §. oſtēſo. verſic. hoc etiā. Ego pu‑
to ſic dicendum. Quandoq; exemplatio fiet extra iudicium parti‑
bus volentibus, non tamen confirmant, ſeu affirmant primum in‑
ſtrumētum eſſe validum, ſeu iuridicū, ſed dicit ſic vterq; vel alter,
conſentimus quod tu exemples, non quod per hoc illud approbe‑
mus, ⁊ tunc puto quod Inno. verū dicat. Sed ſi partes confiteren
tur illud inſtrumentum eſſe verum, ⁊ quod eorum volūtate exem‑
plaretur, tunc faceret fidem quo ad ipſas partes, vt l. optimam. de
6 contrahen. ⁊ commit. ſtipu. ⁊ dicam in ſequen. materia. ¶ † Quero
quid ſi ſint plures teſtes, qui teſtificantur ſe vidiſſe inſtrumentum
huius tenoris publicatum manu talis notarij, an iſtorum dicta pro‑
bent? Uidetur quod non, ſicut nō probat exemplum, vt hac l. ⁊ l. ij.
ff. de fide inſtr. In contrarium videtur caſus in c. cum olim. el j. ex‑
tra de priuileg. Sed contra predictam decre. facit j. de teſtib. l. te‑
ſtium. vbi dicitur quod debet probari ſic eſſe lectū, ⁊ ſic eſſe ſcriptū,
⁊ inſtrumētum deperditum, vnde videtur quod debeat ſic fieri, nō
autem ſufficit probari inſtrumentum eſſe, niſi ſic. De hoc breuiter
f ad hoc, vt teſtes qui deponunt[f] ſe vidiſſe inſtrumentum probent,
g requiritur amiſſio originalis[g] inſtrumenti, ⁊ quod illi teſtes ſint val
h de[h] periti, vt notarij, vel aduocati qui defectum inſtrumentorum
cognoſcūt, ⁊ quod literas illius notarij cognoſcerent. Ita colligi‑

tur in d.c.cum olim.alias ſi teſtes non eſſent ita periti,eorum dicta
non facerent fidem,niſi probarent de eo quod cõtinetur in inſtru-
mento.vt d.l.teſtium:vel niſi probarent contra fidem illius inſtru-
menti verum,vel preſumptum,vt ĩ.de prob.l.ſi de poſſeſſione.ff.de
7 iure fiſci.l.ij.§.diuus.& etiã ibi dixi. ¶ Iuxta predicta quero† quid
ſi vnum inſtrumentum eſſet exemplatum per tres vel quatuor no-
tarios aſſerentes ſe vidiſſe,& auſcultaſſe inſtrumentũ non abolitũ,
nec cancellatum.& ſe cognouiſſe literam notarij,an fidẽ facit.Cer-
te non.Hoc tenet Spe.in d.§.oſtenſo.ver.ſed nunquid,nullam tñ
bonam rationem aſſignat.In contrarium videtur ꝙ ſupra proxi.
dixi quod teſtib.multum peritis creditur.Sol.& hic aduerte,quia
multa que pertinent ad hanc materiam recito.Reſpõ.debes ſcire
8 †quod ſcriptura publici notarij non facit fidem,niſi de eo ꝙ roga-
tur a partibus debet enim notarius eſſe rogatus,vt in authẽt.de
9 tabellio.§.hoc autem. ¶ †Item non poteſt notarius[i] eſſe rogatus
i a partibus.niſi de eo quod ipſe partes faciunt,[k] & ideo ſi ego ro-
k garem notarium facere inſtrumẽtum,quod Titius occidit vnum
hominem,vel ꝙ ipſe percuſſit me,non ſtaretur huic inſtrumẽto,vt
l.iij.§.item diuus,ff.de teſtibus.ibi teſtimonijs, &c.ſed quod iſtud
inſtrumentum ſit publicum.& talis tabellionis manu cõfectũ,hoc
non fit a partibus,vñ notarij de hoc non poſſunt eſſe rogati,& ſic
inſtrumentũ non facit fidem. Sed ſi ipſemet notarius qui inſtru-
mentum ſcribit.rogaret alios,vt confiterentur qđ illud inſtrumen
mentum eſt manu ſua conſcriptũ,hoc poſſet fieri.Et ſi tu dicis mi
hi,teſtes periti probant,vt dictum eſt,fateor ſi ſint examinati a iu-
dice ſicut debẽt examinari,ſed notarij lꝫ hoc ſcripſerint ſe vidiſſe,
non ſunt examinati,vt debent,ideo illorum aſſertio fidem non fa-
cit,vt in l.fin.ĩ.de teſtamen.l.hac conſultiſſima.§.ſi.in gl.ſuper ver-
ſi.depoſitiones.facit tamen aliqualem preſumptionem vtilem ad
multa,vt not.per gloſ.in l.ij.ff.de fide inſtrumen. ¶ Quero vtrum
exemplum exempli probet?Uos vidiſtis tex.in precedenti lectio-
ne,qui videtur dicere ꝙ non in l.iij.ſ.de diuer.reſcrip.& ita pertrã-
10 ſeunt doc.communiter. Or hic aduerte†quandoqꝫ exemplum eſt
exemplatum partibus preſentibus.& authoritate iudicis ſiue po
nas partes conſenſiſſe,ſiue dato termino partibus ad opponen-
dum,non obſtante contradictione alterius partis,iudex facit pu
blicationem.Iſto caſu iſtud inſtrumentũ eſt originale in eo ꝙ par
tes conſentiunt huic publicationi,& iudex authorizauit ꝙ inſtru-
mẽtum facit mentionem alterius documenti,ſed quantum in hoc
originale eſt ideo puto ꝙ hoc inſtrumentum poterit exemplari.
De hoc ĩ.de rela.l.ij.& etiam.l.j.Si vero exemplum eſſet ſumptum
abſqꝫ partis preſentia,vel ea contradicente, non tamen cognitio
de contradictione,tunc putarem quod non poſſet exemplari,per
d.l.iij.de diuer.reſcrip.& arg.l.j.de rela.Puto etiam quod ſi exem-
plum primum eſſet ſumptum, ſeu ſcriptũ manũ illius notarij qui
ſcripſit authenticum quod ſufficeret,& poſſet exẽplari per ea que
dicta ſunt ſ.argumen.l.ſi quis ex argentarijs.§.prohibet.ff.eod.
11 VENIO †ad aliam materiam auth.ſi quis in aliquo,dicitur
l hic quod ſi vnum inſtrumentũ[l] faciat mentionem de
alio non facit fidem contra.ĩ.de contrah.& commit.ſtipula.l.opti-
m mam.[m] Sol.Dico ꝙ non facit fidem inter alias perſonas, ſꝫ inter
eas inter quas eſt confectum,& ſcriptũ inſtrumentum,bene face-
n ret fidem.Ita loquitur lex contraria. ¶ Contra hoc opp.[n] ĩ.de fi.
inſtr.& iure haſte fiſca.l.j.li.x.Sol.quandoqꝫ vnum inſtrumentum
facit mentionem de aliquo facto,ꝙ poſſibile eſt interueniſſe tẽpo-
re inſtrumenti,& tunc facit fidem,& preſumitur tũc interueniſſe cũ
inſtrumentum confectum eſt.Et ita debet intelligi illa gl.alias di-
ceret male.Facit ad hoc.ff.de acq.poſ.l.predia,& ꝙ ibi not.& ꝙ di-
12 xi.ff.ſol.ma.l.poſt dotem. ¶ †Iuxta predicta quero,eccleſia[o] ven-
didit fundum.& inſtrumento continetur ſic.precedentibus legiti-
mis tractatibus habita licentia Epiſcopi,&c.Utrum iſta verba fa
ciant fidem?videtur ꝙ ſic inter eaſdem perſonas,vt d.l.optimam.
Contrariũ puto,nam d.l.optimam.& ꝙ ſupra dixi intelligo in his
que poſſunt ſibi preiudicare confitendo,alienando,& obligãdo,ſe-
cus in alijs.Ratio:qr eadem facilitate qua vendunt,eadem facili-
tate iſta verba aſſerunt,vt l.doli mali excep.§.diuerſuꝫ.ff.de noua.
13 & dixi in l.ſciendũ.de verb.obl. ¶ †Quero,reperitur in quadã ſen
p tentia lata[p] coram nobis lite legitime conteſtata iurato de calum-
nia,&c.vtrum iſta verba faciant fidem de factis.Uidetur quod nõ
qr vnum inſtrumentum ꝙ facit mentionem alterius inſtrumenti
non probat.Hoc tangit Cy.hic.& l.emancipatione.ĩ.de fide inſtr.
Ego breuiter dico quod ſi ſentẽtia fuit lata preſentibus partibus
& non contradicentibus,probãt acta ſic preceſſiſſe.Ita probatur
in l.j.iuncta gl.ſi.ĩ.de rela.&c.

ADDITIONES.

a STR. ¶ Si quis in aliquo.Adde tu.& iſtã aut.limita nõ habere
locum in habentibus poteſtatẽ legis condende,qr creditur eorꝫ
relationi.Ita Pau.de Caſt.in l.admonendi.ff.de iureiur.& ibi do.
Franciſc.Cur.in repet. POMA. ¶ An ſi in aliqua diſpoſitione
fiat relatio ad aliud per dictionem ſecundum,vel prout, ſi relatum
non reperiatur vitietur diſpoſitio,vide Feli.in c.ij.extra de reſcrip.
vide aliquid per do.Prepoſitum Alex.in ca.ſi Romanorum.diſt.
xix.& Alex.conſil.lxxxj.volu.iij.vbi dicit quod ex verbis narratiuis
inſtrumenti nõ probatur mandatum.Et hoc proprie cadit in verſ.
venio ad aliam.Dicunt hic aliqui quod iſta aut.venit addenda ad
legem C.vt preſupponit Bar.qui addit cauſam minus dubitabi-
lem:quia minus eſt dubiũ quod memoria ſimplex non faciat fidem
quam exemplũ,de quo loquitur ſ.l.proxi.& velle intelligere l.pro-
xi.tantum de exemplo priuato,dicunt quod hoc eſt illam reſtrin-
gere.ſed quod certe iſta authen.loquatur in inſtrumento publico,
vt patet ex dictione alius,ex dictione alterius, & quod in caſu po-
nitur caſus magis dubitabilis hoc modo. Uidebatur enim quod
ex quo inſtrumentũ habebat omnia ſolennia,& in ceteris probant,
quod etiam in eo quod in illo referebatur,probaret.Si vero loqua
tur in exemplo ſimpliciter ſumpto quod nullam habeat ſolennita
tem alias enim ſi intelligeremus de exemplo ſolenniter ſumpto nõ
eſſet opus alias producere originale, vt ibi in fine dicitur, cum il-
lud ſatis probaret, vt hic per Bart.in ij.fal.

b P.PAV.P. ¶ De alio. Quid in priuilegio vide aliquid per Co-
men.conſi.c.inci.viſo tenore.poſt prin.vbi vult quod ſi in nouo pri
uilegio narro verba alterius priuilegij ſuper quib⁹ fundet ſe prin-
ceps vel papa,quod probatur ita eſſe in illo antiquo quia non eſt
veriſimile quod ſe fundaret ſuper eis,niſi ſibi legitime conſtitiſſet,
verum eſt quod verba ſua aliter poſſunt intelligi quod non pro-
betur antiquum priuilegium per talia verba, vide ibi Comen.&
pondera,& de priuilegijs vide Barb.conſil.xxxij.volu.iiij. Et adde
pro extenſione huius auth.inquantum loquitur de exemplo quod
etiam princeps non poſſit facere ꝙ credatur exemplo tex.ſingula-
ris in c.j.de fide inſtrumentorum, quem ponderat & allegat Rom.
ſing.ccxlvj.incip.an papa.Uide Fely.in d.c.j.in prin.Nunquid au-
tem exemplum exempli probet. vide pulchre Alex.concludentem
quod non,conſil.cxxxviij. Item ad faciendum quod copia inſtru-
menti probet.Uide Cepol.caut.cxciij.Item de materia an,& quan
do non ſufficiat producere exemplum ſed produci debeat origina-
le,vide Felin.in c.quoniam contra falſam extra de proba.aliud per
eundem in c.j.in princ.de fide inſtru.Item que ſolennitas requira-
tur in exemplificatione,vide Felyn.in c.Albericus in prin.extra de
teſti.An autem in exemplatione requiratur citatio, quorum inte-
reſſe poteſt, & quid ſi reperiatur exẽplatio facta de antiquo quod
preſumatur recte,& ſolenniter facta,vide Com.conſi.clviij.in j.dub.
Et ibi etiam quod exemplum exempli nõ probat etiam ſecundum
exemplum.ſit ſolenniter ſumptum,viſo inſtrumento publico.Item
de materia iſtius exemplationis authoritate iudicis,vide late Fel.
in c.ſi.extra de fide inſtrumen.& ibi etiam ponit latiſſime cum regu-
la quod exemplum regulariter fidem nõ facit,& alia multa, vt per
eum.Et quid ſi inſtrumentum ſit regiſtratum in actis,an probet ſi
non oſtendatur originale, vide Fely.in c.cum in iure,de offi.deleg.
Item quod inſtrumentum probet quãdo eſt ſcriptum manu eius
qui eſt rogatus de inſtrumento, vide Aret.in l.vnum ff.de teſt. Et
quod inſtrumentum in actis productũ probet contra alios,quan-
do eſt data copia per notarium actorum de mandato iudicis,vide
Paul.de Caſtr.in l.fin.ĩ.eo.Alex.hic in vij.fallen.

c POMA. ¶ Secundo oppon.Dicunt hic aliqui quod imperator
videtur inepte loqui,quia preſupponit quod ſecundum documen
tum probet oſtenſo primo, quia dictio niſi, affirmat quod prece-
dens ratio negat.l.actione,& ibi no.ĩ.de tranſact.Sed dic quod de
hoc in tex.verbum nullum,ſed bene de exactione.Preterea primo
oſtenſo adhibetur & fides huic ſecundo,vt hic in fine.

d POMA. ¶ Dico ergo ſic.Iſta opinio eſt cõmunis,vt per Ange.
in §.nihil.Inſt.de act.Fel.in c.Albericus.de teſt.& Are.conſi.xxvj.

e STR. ¶ Debeat citari.Adde vltra allegata per Alex.Bal.cõſi.
x.li.iij.dominum Card.conſi.lxxij.Bal.conſi.lij.v.li. Adde tu quod
debent citari omnes quorum intereſt.d.c.fin.Hoſt.& Inn.in c.pen.
de confirm.vti.vel inuti.& in c.cum olim.de priuileg. & ibi dominus
Maria.Soc.in primo notab.& Bar.in cõſi.clvj.incip.viſa,&c.quã-
do perſone ſunt certe nominatim,an ſpecifice citari debent. l.ſi eo.
tempore.C.de remiſ.pign.& in aut.ſi omnes.C.ſi vt ab here.ſe abſti.
& vtrobiqꝫ not.alias ſufficit generalis vt ibi,& per glo.& Inn.in d.c.
Albericus.de teſtibus,& in d.c.fin.de fide inſtru.Faciunt nota.in l.
decem.ff.de verb.obl.& per doc.poſt Pet.de Anch.in c.ſi.de elect.
lib.vj.not.in l.meminerint.C.vnde vi.Et dicta Barto.hic intellige
quãdo fit exemplatio propter vetuſtatem:ſecus ſi ob aliã cauſam,
qr tunc recurritur ad originale.c.quoniam contra.de probationi.
& ponit do.Maria.Soc.in rubrica de dilatio.arti.v.q.ix.Secundo
intellige,ſi pars ſit preſens,vt poſſit citari,ſecus ſi ſit abſens.argu.
no.in c.quoniam frequenter.extra vt lite non conteſtat.in prin.& ibi
ponit do.Maria.Soc.in iiij.arti.fallent.iij.verſi.primo requiritur.
Tertio intellige, niſi exemplatio fieret ſuperioris authoritate,vt
puta Pape.Ita Hoſti.in c.ij.de fideiuſ.& ibi Imola,& ſequitur do.
Maria.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Maria.in dicta rubri.de diſa.arti. ⁊ q.prealleg. ⁊ in materia vide
que not. Bar.in l.adoptio.ff.de adop.
f P. PAV. P. ¶ Qui deponit. Quid ſi notarius deponat ſe vidiſſe
inſtrumentum.an probet, vide Alex.conſi.c. vbi cōcludit quod in-
ter eaſdem perſonas probat: ſecus inter alias. Uide etiam de hoc
Alexan.conſil.cccxcv.vbi ponit quid ſi notarius banchi ſcribat in
actis qualiter Titius producit inſtrumentum mandati, ⁊ quid ſi
ſcribat effectū,an faciat fidem. Et ꝙ requiritur vt teſtes deponen-
tes ſe vidiſſe inſtrumentum,deponant ſe totum vidiſſe ⁊ examinaſ-
ſe,⁊ eſſe peritos in arte.vide Com.conſi.cxxxvij.incip. conſultus.in
fine primi dubij. Et de notario atteſtante ſe vidiſſe inſtrumentū,pu
ta procure alicuius,an ei credatur,vid. Iaſ.in l.iuris gentium.§.q
fere.ff.de pactis.in princ.⁊ que habes per Iaſ.in l.ex his.C.de teſt.
mili. Et vltra omnes vide late Fely.in c.ſicut extra de re iudic. vbi
ponit an per teſtes poſſit probari tenor inſtrumenti. Et concludit
quod ſic,poſtea ponit octo limitationes ad iſtam cōcluſionem,vi-
de omnino per eum. Et de eo quod dictum eſt de notario atteſtāte
ſe vidiſſe ⁊ legiſſe inſtrumentum procure,vel aliud,vide Fel.in c.fi.
de fide inſtru. Declara vt per Caccialupum in l.admonendi.in iij.
char.ff.de iureiur. Quid autem ſi in ſententia iudicis aſſeratur ali-
quem eſſe procuratorem,vide Fely.in c.cūm in iure de offic. deleg.
Item adde ꝙ regula huius aut.non procedit in teſte deponēte de
aliquo actu.licet de eo dicat confectū inſtrumentum ꝙ non appa-
ret,vide Bal.in l.j.in prin.C.de fide inſtru. Item ad illud quod di-
ctum eſt de procuratore,vide Ro.not.in conſil.lxiij. vbi vult quod
probet quo ad procuratorem conſtitutum ⁊ cōtra declarando, vt
per eum,vide ꝙ non credatur notario atteſtanti de alio inſtrumen
to etiam a ſe confecto. Barb.conſi.xxxviij.volu.iiij.in j.dubio.
g P. PAV. P. ¶ Originalis. Qualiter probetur amiſſio originalis,
vide Fel.in d.c.ſicut de quo ſ.in precedēti apoſt.vbi allegat Alex.
in multis locis. Et que ſunt probāda per tales teſtes, Uide Alex.
conſi.cxcvj.vol.ij.
h ¶ Illi teſtes ſint valde. Adde Abb.in d.c.cum olim.⁊ Io.And.in
addi. Spec.in d.§.oſtenſo, vbi dicit ꝙ in probatione tenoris venit
dies ⁊ locus. Dominus Cardi.conſi.xxv. ⁊ ibi an admittantur te-
ſtes de credulitate. Et que requirantur, vt inſtrumentum poſſit ex
protocollo relevari,vide per eundē conſi.cxxxiij.⁊ quid debeat cō-
tinere protocollū,vt ex eo poſſit relevari inſtrumentū. vide Io.de
Ana.conſi.xxxij.⁊ inquantum Alex.in vij.fallent.dicit quod exem-
plum per modum regiſtri in actis notarij facit fidem cū reſtrictio-
nibus,vt hic per eum. Adde videndū Petr.de Anch.conſi.xl.inci-
piente prima facie. Et de materia vide Ro.conſil.cccxxxvj.vbi pō-
nit ſi Papa ſcribit executori,vt faciat executionem iuxta tenorem
ſententiarum in ſupplicatione porrectarum quod executor non
debet exequi, niſi viderit originale, vel niſi Papa ſcribat ex certa
ſcientia,⁊ per eundem conſil.cxlv.quando liber archiui publici fa-
cit fidem originali non reperto.
i P. PAV. P. ¶ Notarius. Uide Paul.de Caſt.in l.neq; natales.C.
de prob. Et non creditur niſi de his que tempore inſtrumenti po-
tuerint interuenire,vide Bald.in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.
k ¶ Quod ipſe partes faciūt. Adde Pau.de caſt.cōſil.xlij.⁊ cccxvij.
l P. PAV. P. ¶ Inſtrumentū. Uide Comen.cōſil.cxxxvij.circa me-
diū. Itē adde ſingulariter vnū ꝙ licet non credatur notario vel in-
ſtrumento faciēti mentionē de alio inſtrumēto,tamē oritur magna
preſumptio ꝙ ita ſit. Et ideo dixit ſingulariter Com.conſil.vj.ꝙ ſi
ego ſoluerē alicui tāquā procuratori creditoris pro te, ⁊ notarius
in inſtrumēto ſolutionis atteſtaretur illū eſſe procuratorē credito-
ris,prout cōſtat in inſtrumēto cōfecto per talē notariū ꝙ potero a
te reo repetere pecuniā quam nomine tuo ſolui,q2 preſumitur pro
notario ita aſſerēte. Itē,q2 nō eſt preſumendū ꝙ ego ſoluiſſem, niſi
fuiſſet ille verus procurator. Bene verū eſt ꝙ ego debeo tibi pro-
mittere de cōſeruando te indemnem a creditore. Ita ſingulariter
Com.in d.cōſil.vj.incip.creditur libris. Et ibi etiam ponit ꝙ debes
iurare. Quid autē in ſtatuto referēte aliud, an diſtinguatur,refera-
tur totus tenor,vel nō,vide Alex.cōſi.dxlv. Itē vide que habes ad
Bar.in l.aſſe toto.ff.de here.inſti. Itē quid ſi in priuilegio dicatur
cōceſſum tali procuratori Titij,an ſit neceſſe producere mandatū,
vide Bal.in c.j.§.perſonam.per quos fiat inueſt.vide pro hoc que
ſcripſi in l.optimā.C.de contrahen.⁊ cōmit.ſtip.de procuratore aſ-
ſerto in aliquo inſtrumēto,an ſit neceſſe ꝙ probet ſe fuiſſe procura
torē. Itē inquātum dicitur ꝙ ad hoc vt probetur tenor inſtrumēti
per teſtes debet probari amiſſio,qualiter probetur,vide etiam per
Are.in c.fi.extra de prob.in iij.no. Itē circa iſtā materiā quō exem-
plum probet.vide Deciū cōſi.xxxvj. Et qn teſtes dicūt ſe vidiſſe in-
ſtrumētū vt teſtes examinatos quō probetur vide Dec.conſi.lxxij.
m ¶ Optimam. Adde vt per Rom.conſi.lxiij.vbi tenet ꝙ inſtrumen
tum in quo quis cōfitetur ſe eſſe procuratorem Titij,probat cōtra
ipſum,fuiſſe,vel eſſe talem,⁊ an inſtrumētū faciat fidē quo ad alias
perſonas nominatas in inſtrumēto,vide Pau.de Caſt.cōſi.lxxxiiij.
n ¶ Contra hoc oppo.eſt mirabilis doctrina iſta. Idem voluit in l.
ſi forte.ff.de caſtren.pecu.vide Gul.⁊ do.pe.in d.c.j.de re.eccle.non
alie.do. Abb.in conſi.xlij.⁊ in c.ſicut. de re iudic.
o ¶ Eccleſia. Adde vt per Bald.conſi.cccxcix.lib.iij.⁊ conſi.cccl.iiij.
lib.do.Card.conſi.xiiij.
p ¶ Sententia lata. Adde vltra Alex. Bal.conſi.cx.lib.iiij. Pau.de
Caſt.cōſi.cccxviij. ¶ Adde tu ⁊ vide Bart.in l.ſciendū.§. de verb.
obli. Et Lanfran.de Oria.in rep.de.c.quoniā cōtra falſam.in princ.⁊
do. Alex.in conſi.xxij.per totū in iij.vol.vbi dicit cōmunem opi. eſſe
contra Bar.hic. POMA. ¶ Uide. Ro.in conſi.clvj.ad fin.⁊ ſeq.
Ang. Are.in §.fin. Inſti.de fideiuſ.⁊ eum in l.fi.in fi.ff.quando app.
ſit. Alex.in l.ſciendū.ff.de verb.obli.⁊ eundē conſi.xlij.in iiij.vol.vbi
dicit ꝙ opi. Bar.in d.l.fi.cenſetur communis,quicquid ipſe dixerit
in d.l.ſciendum,⁊ vide etiā in conſi.clxv.in verſi.⁊ etiam.vol.ij.⁊ que
poſui in d.l.ſciendum,⁊ vide Fed.in conſi.xcix.⁊ in conſi.ccxx.ad fi.
Pau.de Caſt.hic ad fi.⁊ aliquid per Panor.conſi.lvij. in ij.dubio.
vol.ij.⁊ conſi.xviij.eo.vol.⁊ Barto.conſi.xcvj. Uide etiam Feli.in c.
eccleſia ſancte Marie.in verſi.iiij.limita.de conſt.⁊ in ca.quoniam
contra.in verſi.v.concluſio.de proba.⁊ Aret.conſi.lxviij.

ALIA LECTVRA.

Si quis in aliquo. Ubi vnum inſtru-
mentum facit men
tionem de alio non probat,niſi illud de quo fit mentio
exhibeatur.h.d. ¶ Opp.de l.chirographis.ff.de adm.
tut.de §.j.in auth.vt fra.fi.colla.ix. Soluit gl.vt.ſ.not. ¶ Itē opp.
⁊ videtur ꝙ exceptione elidatur, vt l.in fraudem.§.neque.ff.de iure
14 fiſc. Sol. Doct.⁊ Cyn.tangunt hic.† ꝙ quādoq; queritur.nunquid
exemplum probet,⁊ cōtra eum qui producit:⁊ dicendum eſt ꝙ ſic.
15 † Quandoq; queritur nunquid exemplum probet cōtra eū qui re-
cipit,⁊ tūc habet locum ꝙ dixi.ſ.in aut.noſtra. que ſol.eſt multum
16 not.⁊ valet,quod † quando tu recipis copiā inſtrumenti producti
contra te, ad hoc, vt exemplum ſumptum probet contra eum qui
producit contra te exemplum,facias ſcribi in actis,ꝙ copia eſt da
ta tibi de voluntate aduerſarij tui,⁊ ex mandato iudicis,tunc ſem
per illud exemplū probabit contra eum. Ita ſentit gl.in d.§.neq;.⁊
doct.tenent iſtud. ¶ Uos videtis ꝙ exemplum nō probat,niſi ſit
17 publicatū authenticū a iudice.† Quero nunquid requiritur aliud.
Dic ꝙ requiritur citatio partis que poſſet ledi,vt l.nam ita diuus.
ff.de adop. Uide in Spec.de inſtr.edi.§.oſtēſo.ver.qualiter autem.
18 † Sed quero nunquid de voluntate partium vnum inſtrumentum
poſſit exemplari extra iudicium,adeo ꝙ probet: Dic vt no. Inno.
in c.fi.extra de fide inſtru.⁊ ibi tenet quod non. ¶ Item quero,po-
19 ne † quod plures teſtes deponunt,⁊ dicunt tale inſtrumentū quod
tu habebas eſt perditum quia videtur debere probare in materia
noſtra per l.teſtium in fine infra.de teſtib.per l.publicati.j.de teſta.
doctor tenent contrarium. Item quid ſi dicant teſtes ſe vidiſſe,⁊ le
giſſe ⁊ recognouiſſe literā notarij,nunquid iſte atteſtationes pro-
bent: Uidetur quod non,q2 iſte videntur quodāmodo exemplum,
Sed exemplum non probat,vt hic in contrarium eſt veritas, vt in
c.cum olim el j.extra de priui. Dic quod ſi teſtes eſſent periti lite-
rarum,adeo quod depoſitio predicto modo facta poſſet cadere in
mente eorum, tunc optime probant. Caſus eſt in d.c. cum olim, ⁊
ibi gl. Aut non ſunt teſtes periti,⁊ tunc tenor inſtrumenti nō pro-
20 baretur per dictā teſtiū. ¶ † Item quero,poſito qd debeat probari
originalis amiſſio,quero qualiter probabitur.glo.in d.c.cum olim
videtur dicere, ꝙ amiſſio inſtrumenti probetur per ſacramentum.
21 ¶ † Item quero nunquid exemplo exempli debeat credi. doct. di-
22 cunt ꝙ non per l.iij.de diuer.reſcrip. ¶ † Item querunt doc. Pone
ꝙ iudex in ſententia ſua dicit,nos talis cognitor,⁊c.viſo libello,⁊c.
talem ſententiam proferimus in ſcriptis ⁊ non apparet de actis.
Nunquid iſta ſentētia probabit acta: de hoc dixi in l.fi.j.de vſu. Cy.
tangit hic,⁊ clarius in l.emancipatione.j.de fi.inſt.⁊ ibi not. Bart.

LEX VIII.

1 ¶ Actor tenetur edere reo,ad exceptionē fundādam.⁊ nu.3.⁊ 5.
2 Reus tenetur edere actori ad replicationem fundandam,⁊ ad in-
tentionem fundatam coadiuuandam.⁊ nu.5.
4 Reus,quando teneatur edere actori inſtrumenta cōmunia.⁊ nu.6.

Et que. Legitur in glo.duob.modis Tertio mo-
do ſecūdum lect.antiquorum quam puto
verā,hoc intendit. Reo editur ab actore ad exceptionē
a probandam[a] actori non editur a reo ad intentionē fun-
dandam,ſed ad replicationem probandā.h.d.ſecūdū j.lec.ſecūdum
hāc pono caſum in terminis. ¶ Not.ꝙ habetur in ſummario. Iſta
lec.fundatur trib.mod. Primo ꝙ fauorabiliores ſunt rei quā acto
res,⁊ ex hoc ſequitur quod reo edatur ad exceptionē probandam,
non actori ad intentionem fundandā. Iſtud vero quod hec lec.pre
ſupponit ꝙ reus edit actori ad replicationem fundandam funda-
tur eadem equitate,q2 ſicut reus contra actorem excepit,⁊ ei edit,
ita actor replicādo dicitur excipere. Non enim aliud eſt replicatio,
quam exceptio contra exceptionem,vt l.ij.de excep.probatur hoc
in fi.iſtius leg.a cōtrario ſenſu vbi dicit,ꝙ non debet originem pe-

tionis ſumere ex inſtrumẽtis rei,ſed ex replicatione a cõtrario ſen
ſu.Tertio videtur probari per caſum in l.pen.§.fi.ff.ad l.fal.Sup-
uenit poſtea Azo.qui l.iſtã hoc modo legit,⁊ fin eius lec.iſta lex
breuiter hoc intendit.¶ Rationes eduntur a reo actori,⁊ econ-
uerſo,non inſtrumẽta.h.d.iſta lec.Azo fundatur ratione iſta.Ra-
tiones ſunt facte mandante parte,⁊ continent eius voluntatẽ,vt
l.ſi quis ex argentariis.§.pertinere ff.eo.vnde eſt eadẽ equitas tã
ex parte actoris,quam ex parte rei.que ratio ceſſat in inſtrumen-
tis.Si vellemus ſuſtinere opi.Azo.reſpondendo ad contraria dũ
dicit fauorabiliores ſunt rei quã actores.Concedo in dilationib⁹
dandis,ſed alias tanta fides debet adhiberi inſtrumẽtis actoris,
quanta inſtrumentis rei.vnde nõ facio differentiam inter actorẽ,⁊
reum,ſed inter rationes ⁊ inſtrumenta.¶ Nõ ob.ſi opponas de l.
pe.§.fi.ad leg.fal.Sol.gl.ibi inſtrumenta eduntur tanquã corpora
hereditaria,⁊ non tanquam inſtrumenta aduerſarij ſimpliciter.Petr.
legebat alio modo,⁊ tenebat opi.primã eo excepto ꝙ nõ dicebat
poſſe edi actori ad probandam replicationem dicens ꝙ nulla lex
reperitur.Nos quid tenebimus?Cy.in lec.antiqua tenebat opin.
Pe.ſicut Pe.dicebat,poſtea venit Gul.⁊ dixit idem,⁊ ita tenebat
de verbo ad verbũ.Et ſi alius ſuperueniſſet idem dixiſſet qđ ipſe.
¶ Ad veritatẽ huius materie videndã,oportet videre tria.Pri-
1 mo,vtrum †actor edat reo,ad exceptionem fundandam,⁊ gl.vide-
tur ſemper tenere quod ſic,⁊ quaſi omnes hic,⁊ in l.j.§.editiones.
ff.eo.⁊ probant per d.l.non eſt nouũ.⁊ l.iuſtum.s.eod.Ego dico ꝙ
eſt caſus j.de cond.ſine cau.l.diſſolute.⁊ l.qui tabu.ff.de fur.Secũ-
do eſt videndum vtrum reus edat actori inſtrumenta ad intentiõ
nem probandam de hoc nemo dubitat qđ reus nõ cogitur edere
inſtrumenta actori ad fundandam intentionẽ,qꝛ eſt caſus hic in
b fi.⁊ s.eo.l.qui accuſare,⁊ qꝛ eſt ſpeciale in fiſco,[b] vt ff.eod.l.Sena-
2 tus.¶ Tertio †quod reus edat actori ad replicationem fundan-
dam,probatur per iſtum tex.a cõtrario ſenſu,⁊ per l.pe.§.fi.ad l.
falc.vt dixi.Nec ob.ꝙ dicunt ibi eduntur inſtrumenta tanquã cor
pora hereditaria.qꝛ ſi rationem illius tex.inſpicias diligenter,lo-
quitur generaliter,ita ꝙ etiam alia inſtrumenta non hereditaria
edi deberent.Et iſtam partem puto veram.Pro hoc videtur tex.
j.de fi.inſtr.l.plures,⁊ iſtud verũ puto,ꝙ etiam tenet Guli.in l.j.§.
editiones.ff.eod.plus dicit ipſe non ſolum ad replicationẽ fundan
dam,ſed etiam ad intentionem iuuandã,non dico fundandam,co
gi reum edere actori.Verbi gratia.Ego peto a te fundum Titia-
num,quem mihi vendidiſti,ego fundo intentionẽ meam,qꝛ vendi
diſti.Et modo contentio eſt in quantũ fundus Titianus preten-
debatur valere.Certe ad iſtam intentionem iuuandam iam funda
tam cogitur actori edere.Itẽ ⁊ ſimile probatur in l.qui concubi-
nã.§.cũ ita.el ij.de le.iij.⁊ l.prediis.§.Titio.⁊.ti.ꝙ no.⁊ tene menti.
Habes ergo approbatam primã lec.antiquorum.¶ Op.ad iſtam
vno modo de l.j.§.edenda.ff.eo.Sol.reus edit inſtrumenta actori
quãdo his vſurus eſt.Ita loquitur ibi,alias nõ cogitur ad inten-
tionem fundandã.ita loquitur hic.Et ideo vt iſta materia liqueat
dic,ſi queris an actor teneatur edere inſtrumẽta reo ad ſui defen-
3 ſionẽ,†dico ꝙ ſic,vt hac l.in prin.⁊ s.eo.l.non eſt nouũ.⁊ l.iuſtum.⁊
j.de cond.ſine cau.l.diſſolute,⁊ ff.de fur.l.qui tabulas.Si vero que
ris an reus cogatur edere actori,⁊ tunc aut ad intentionẽ fundan
dã,aut ad eam fundatam iuuandam,aut ad replicationem probã
dam.Primo caſu non cogitur edere,vt hic,dum dicit originẽ peti
tionis,⁊c.Fallit in fiſco,vt s.eo.l.qui accuſare,⁊ ibi no.Item fallit
ſi his inſtrumentis vſurus erat,vt in §.edenda.Secundo caſu co-
gitur edere,vt d.§.cum ita,⁊ §.Titio.Tertio caſu ſimiliter cogi-
tur edere,vt hic a contrario ſenſu.⁊ l.pe.§.fin.ad l.fal.Facit l.plu-
4 res apochis.j.de fid.inſtru.¶ †Quero vtrum reus cogatur edere
actori inſtrumenta communia.Reſpond.quedam ſunt inſtrumenta
communia ratione proprietatis,⁊ illa debẽt edi,vt s.l.prox.Que
dam ſunt communia,qꝛ continent aliquid continens communem
vtilitatem,vt emptionis,⁊ vẽditionis inſtrumentũ ꝙ continet vti-
litatem vendentis ⁊ ementis,tunc ſi proprietas ipſius inſtrumẽti
eſt propria ipſius rei,qui ipſe emit chartam,⁊ recollegit eã a nota
rio de ſua pecunia,tunc non cogitur edere,niſi ſicut alia inſtrumẽ
ta publica,⁊ propria ipſius inueniat eam actor ſi vult.Ita videt
velle Inn.extra de proba.c.j.⁊ dic vt ibi.

ADDITIONES.

a POMA.¶ Probandam.Hoc tñ declara,vt per Bal.in l.inſtru-
menta.j.de fideic.ſi eſt exceptio fauorabilis,ſecus ſi odioſa.videre
tur tamen ꝙ actori debet edi etiam ad intentionem fundandam,
per l.nõ eſt.s.eo.in ratione ſui,que ita militat in actore ſicut in reo
ſed potes dicere ꝙ ratio diuerſitatis eſſe poteſt qꝛ actor debet a
principio venire inſtructus,qꝛ poteſt ſcire qbus armis velit vti,
nõ ſic reus,qꝛ nõ ſcit quibus armis velit oppugnare,⁊ imo a prin
cipio non põt ſcire quibus armis ſe defendat ⁊ iſta ratione etiam
ſuccurritur actori in replicatione,⁊ per hec,⁊ ſummarium Bart.
hic colligitur reſponſio ad difficultatẽ,quam mouet hic Bal.que
eſt ꝙ cum iura faueant equaliter reo,⁊ actori in medio cauſe ꝙ ta-
men hic magis faueant reo l.non eſt iuncta.l.qui accuſare.s.eod.qꝛ
hoc nõ eſt verũ equaliter eis.imo vtrique fauetur,vt hic.Reo enim
editur ad exceptionem fundandam,actori vero ad replicationem,
in qua excipere dicitur.inſtit.de replic.in princ.⁊ ſic equa lãce tra-
ctantur ⁊ circa primũ articulum tactũ hic per Bar.an actor edat
reo,⁊c.inquantum pro cõmuni adijcitur iſta lex.⁊ l.nõ eſt nouum.
cum l.ſeq.s.eo.dic ꝙ loquitur in rationibus priuatis ipſius credi-
toris,quas reus ita de facili habere non poteſt ſicut inſtrumenta
publica a tabellione,⁊ imo intra hec videtur eſſe diuerſa ratio,
hoc tamen an ſit verum dependet ab intellectu huius l.Ad l.vero
diſſolute,reſponde vt hic per Alex.⁊ conſidera ꝙ ille text.non lo-
quitur in terminis dubij noſtri,loquitur enim potius in actore qui
fuerat debitor principalis.qui poterat ſibi reddere inſtrumẽta.Et
ita intelligitur Alex.hic in ij.ar.in xiiij.fallen.Poſſet tamen dici ꝙ
Bart.conſiderauit quod ille text.loquitur in inſtrumento libera-
tionis,quod remanſerat penes creditorem,quod reus petebat vt
ſi quando vexaretur a creditore,poſſet ſolutionem oſtendere,⁊ ſic
vt poſſet exceptionem probare:nõ autem vt loquatur de primeuo
inſtrumento obligationis.Ad quod facit tex.ibi in verbo,inefficax
apud ipſum creditorem.l.qui tabulas.hic allegata.⁊ tex.in gl.red-
di.bene facit quod not.Bartol.in l.libertus a patrono.ff.de in ius
voc.⁊ ad hec vide etiam Felyn.in c.j.de proba.verſicu.fallit vndeci.

b POMA.¶ In fiſco.Quero circa hoc quare eſt ꝙ cum fiſcus fuit
priuilegiatus in hoc ꝙ ſibi edantur inſtrumenta,ad intentionem
fundandam,cur non eſt etiam adhuc priuilegiatus quod non te-
neatur edere reo ad exceptionem iuuandam,dicunt hic aliqui ra-
tionem eſſe,ne probationum copia anguſtetur.Sed certe iſta ra-
tio militat,⁊ concludit quod priuatus priuato ad intentionẽ fun-
dandam edere debeat.Ego dicerem quod ratio ſit cum aliena ia-
ctura locupletaretur ⁊ innocens contra debitum condemnaretur.
non enim placet quod dicitur quod hoc factum eſt ne multiplica-
rentur ſpecialia quia hoc non eſt inconueniens,l.fi.j.ad Velle.l.aſſi
duis.j.qui po.in pig.ha.reſtringe tamen hanc concluſionẽ,ꝙ eda-
tur fiſco agenti modis ſex.Primo vt non habeat locum in haben-
tibus cauſam a fiſco.Ita Ale.in l.ne quiſque.Item reſtringe vt non
procedat in cauſis criminalib.l.diuus.in §.j.in fi.ff.de iu.fiſ.⁊ ita te-
net Alex.conſi.cxxxij.vol.j.Tertio reſtringe vt nõ procedat quan-
do vnus fiſcus ageret contra alium,vt per Bal.in c.j.de prob.Fa-
cit bene l.ſed ⁊ milites.§.j.ff.de exc.tu.Quarto reſtringitur vt non
procedat quando fiſcus ageret cõtra eccleſiam que illi equipara-
tur.l.fi.s.de ſa.ſan.eccl.Ita Bal.in d.c.j.de proba.⁊ eadem ratione
poſſet dici idem fore in caſibus in quibus per Alexã.in xiij.fal.hu-
ius artic.princip.Quinto reſtringitur,vt non procedat quãdo fi-
ſcus ageret contra ſibi non ſubditũ per ea que vult Bal.in l.exem
plo.circa fin.apparatus ſui.j.de prob.faciunt bene que no.Alex.in
aut.prox.in vj.fal.Sexto reſtringitur,vt nõ procedat quando poſ-
ſet cõmode pbare.Ita.Abb.⁊ Mod.in d.c.j.de prob.vbi vide Fel.

ALIA LECTVRA.

Et que. Lex iſta legitur duobus modis in gl.vno
modo ꝙ loquatur in inſtrumentis.⁊ hic
eſt prima,alio modo ꝙ loquatur in rationibus ⁊ hic eſt ſe
cũda lect.ponã caſum,⁊ proſequar primã lec.quã approbant doct.
⁊ Gul.in l.j.§.editiones.ff.eo.ſecundũ hanc lec.h.d.Actor edit reo
inſtrumẽta ad exceptionẽ ſuã probãdã,vel coadiuuandã.h.d.vſque
ad fi.Legitur alio modo iſta.l.in rationibus quã proſequere vt in
gl.tene mẽti primã.Sed tenẽdo primã lec.quero de ratione huius.
l.que eſt ratio,ꝙ actor nõ poteſt a reo petere editionẽ inſtrumẽto-
rum ad intentionẽ ſuã fundandã ad replicationẽ ſic,reus vero po-
5 teſt ab actore ad probandũ exceptionẽ ſuã.¶ †Ratio que mouet
hãc lec.poteſt eſſe triplex.Prima põt eſſe ꝙ actori nõ debeat fieri
editio,qꝛ actor venit deliberatus ad iudiciũ,vnde non petit a reo,
ſed reus nõ venit deliberat⁹,⁊ ita ſit ſibi editio.Ita ⁊ actor quo ad
replicationẽ ſuã nõ venit deliberatus,cũ ignoret quã exceptionem
reus opponet.Et ideo ad replicationẽ probandã actor petit edi-
tionẽ.Item mouet hanc lect.ar.a cõtrario ſenſu ſumptum in fi.l.qꝛ
nõ ſit editio ad originẽ petitionis,ad alia ſic.Mouet etiã tertia ra
tio que eſt in l.penul.§.fin.ff.ad leg.fal.Unde pro declaratione hu-
ius paſſus cum queris,vtrũ reus edat actori ad intẽtionem ſuam
fundandam:dic ꝙ nõ,vt l.qui accuſare.s.eo.Aut queris nunquid
actor edat reo ad probãdã exceptionẽ:⁊ dic ꝙ ſic,vt l.nõ eſt nouũ.
⁊ l.iuſtũ.s.eo.Aut queris nunquid reus edat actori ad replicatio-
nem ſuã probandã:dic ꝙ ſic,ſecundũ lect.quã teneo.⁊ probatur in
6 d.l.pe.§.fi.ſecundũ verũ intellectũ.†Aut queris nũquid reus edat
actori quo ad adiuuandã intẽtionẽ,⁊ dic ꝙ ſic ſecundũ Gul.Ver-
bi gratia,actor replicat,producũtur inſtrumẽta.Et pone queſtio-
nẽ eſſe de fundo vẽdito,nõ reuocatur in dubiũ fundũ eſſe venditũ,
qꝛ eſt probatum,ſed reuocatur in dubiũ quantitas fundi que ne-
ſcitur.Iſto caſu ſi reus haberet inſtrumẽtũ ex cuius tenore poſſet
declarari quãtitas fundi,tũc actor ad coadiuuandũ intentionẽ ſuã
optime petit a reo,alle.l.qui concubinam.§.cum ita de le.iij.Facit

l .prediis.§.titio.ff.eo.tit.ſecundum Gul.de Cu. Qualiter antẽ fiat
editio inſtrumentorum dic vt in gl.magna.§.editiones.ff.eo.

De in ius vocando. Rubr. II.

1 ☞ Datio libelli an ſit de proceſſu.
2 Iudicium valet ſi pars comparet in iudicio abſque citatione.
¶ Gl.continuat,vt habes in ea. Tu dic dato libello eſt neceſſe ꝙ
citetur pars,ideo poſt ti.de eden.vbi ponit libelli editio ponitur ti.
de in ius vo.a qua vocatione in ius omne iudiciũ incipit,vt inſtit.
a de pe.te.litig.§.fi.⁊ vide gl.tuã. ¶ Circa iſtã rub.[a] poteſt quęri † an
1 datio libelli ſit de proceſſu,⁊ tex.alleg.hic in gl.⁊ gl.videtur dicere
quod nõ.Si enim iudiciũ incipit ab in ius vo.⁊ datio libelli precedat.ergo
datio libelli nõ eſt de pceſſu.cũ ab in ius vo.incipiat proceſſus.
Pro hoc facit,qꝛ põt dari libellus die feriato, vt l.miles.§.
ſexaginta.ff.de adult.⁊ iſtud puto verũ, Incipit ergo ab in ius vo.
proceſſus,vel a poſitione vel a petitione ptis qua petit aduerſariũ
vocari in ius.Et de hoc eſt gl.j.de tẽp.ap.l.fi.§.illud tunc enĩ editio
libelli diceł de pceſſu. qñ per iudicẽ dabił parti ſm formã aut.offeratur.
k ratur.[k] j.de li.cõte. ¶ Quero † qd ſi pars venit in iudiciũ ſpõte ſine
2 citatione,vtrum valebit? Gul.de Cu.facit iſtã q.ff.de in ius vo.l.j.⁊
tenet ꝙ valet.dic vt ibi.Idẽ tenet Spe.in ti.de libel.cõcep.§.ſequitur.in
fi.⁊ Io.An.in c.fi.de elec.li.vi. ¶ Quero quare in C.precedit
ti.de eden,⁊ ſequił de in ius vo.in digeſtis totũ ecõtra? Dicũt quidam
ꝙ nõ ita Imperator cõſiderauit ordinẽ.ſicut Iuriſcõſultus.
Truffe ſunt,quia Imperator ſemper habet iuxta latus homines
prudẽtiſſimos,per quos leges componit,⁊ condit.vt l.humanum.
C.de leg.⁊ in j.conſtit.iſtius li. Ratio eſt iſta. Totus iſte tit.poſitus
hic tractat de venia petenda, quãdo in ius vocantur parẽtes, vel
patroni.ſed iſta venia nõ poteſt concedi, niſi prius videatur cauſa
quare debeãt citari.ideo premiſit tit.de edendo.⁊ poſtea de in ius
vocan.in Digeſto loquitur de in ius voc.generaliter que vocatio
poteſt fieri etiã ante datũ libellũ,ideo premittit de in ius voc.⁊c.

ADDITIONES.

a ¶ Rubr. Quod intellige ſi ante citationem offertur,ſecus ſi poſt,
vt voluit Bald.in addi.Spec.in tit.de cleri.vel mona.in princ.
b ¶ Auth.offeratur. Aduerte qꝛ dum Bart.alleg.auth.offeratur.
ſentit ꝙ oblatio.que fit parti,non poſſit fieri die feriata,⁊ clare tenet
do.Anto.in c.fi.extra.de iudic.

LEX I.

Sicut Bonis[a]. Breuiter dicit: Reuerentia que debetur marito debetur vxori. non econuerſo.
h.d. ¶ Oppo.de l.liberti.j.de oper.liber.Sol.vt in gl.

ADDITIO.

b POMA. ¶ Sicut bonis. Ratio autẽ huius tex.eſſe poteſt,qꝛ cum
maritus.⁊ vxor ſint ſocij.l.iiij.j.de cri.expi.⁊ erunt duo,⁊c.c.debitũ.
extra de biga.Certe nonpoſſit moleſtari vxor quin etiã moleſtareł
vir iurib.alle.in gl.⁊ l.j.§.itẽ aũt.ff.de iniur. Aduerte tñ qꝛ iſta ratio
cõfundit gl.dũ vult ꝙ nõ ſit idẽ ecõuerſo cõtra quã facit, qꝛ nõ inconuenit
maritũ ab vxore venuſtari,vt eſt gl.l.ſi volũtate,⁊ ibi Bar.
de do.promiſ.nõ ob.tex.alle.in gl.qꝛ nõ loquitur in opera reuerentiali
de qua hic,ſed in alijs terminis vt patet per Bar.in l.ſeq.pri.

ALIA LECTVRA.

1 ☞ Citatio an ſit de ſubſtantia iudicij.
2 Libellus an ſit de ſubſtantia iudicij.

Sicut Bonis.in gl.q̃ incipit id eſt equitate.ibi.⁊ not.
vtrũ iſte actus reuerentialis dicał ideo natura
debitus ꝙ etiã volẽte parte nõ poſſit hoc ius per pactũ re
1 mitti. De hoc eſt gl.l.qui exceptionẽ.ff.de cõdi.inde.§.fi. ¶ † Querũt
doct.nunqd citatio ſit de ſubſtãtia pceſſus,ſi in proceſſu nõ reperitur
citatio partiũ. Videł ꝙ nõ.ar.hic in gl. In cõtrariũ facit l.
ſi ſine interrogatiõe.ff.de interro.act. Gul.tenet hãc vltimã partẽ,
vbi oſtendereł partes ſemper fuiſſe in iudicio,alias nõ,imo citatio
tũ diceret de ordine ſubſtãtiali.l.cõſentaneũ,⁊ aut.qui ſemel.j.quo
2 ⁊ qñ iudex. † Itẽ nunqd libellus. Videł ꝙ non qꝛ põt offerri die feriato.
l.miles.§.ſexaginta.ff.de adul.not.in l.j.ff.de fer. De hoc ſolet
dici in aut.offeraſ.j.de lit.cõte.per doc. Tetigi in l.prolatã.j.de ſen.
⁊ interlo.om.iud. Et iſta lex dicit hic ſicut libertus reuerẽtiã debet
patrono,ita ⁊ vxori patroni. ¶ Querit gl.de ratione diuerſitatis,
q̃ eſt ratio quare vxori patroni debeł reuerentia,vt hic,ſed marito
patrone non. Dic vt in §.patił.inſt.de iniur.⁊ ita reſpõdet gl.Bar.

LEX II.

1 ☞ Obſeqa que cõſiſtũt in faciẽdo,nõ tranſeũt ad here.extraneos.
3 Pena que debetur parti non remittitur per reſcriptum.⁊ nu.6.
4 Cõpoſitione facta de pena,nõ cõprehẽditur pars que debeł parti.

Venia edicti [a] Reuerẽtia in non faciẽdo que debeł patrono tranſit ad heredes
etiã extraneos.⁊ in iure quaſi naturali errãti nõ parcitur,⁊ per
reſcriptum nõ remittitur pena, que debetur parti.h.d.
1 ¶ Opp.j.de oper.lib.l.liberti liberteq3.Sol.ibi in † obſequijs que
conſiſtũt in faciendo, que non trãſeunt ad heredes extraneos,hic
in his que cõſiſtunt in non faciendo. ¶ Opp.j.de lati.liber.tol.l.j.
§.ſed ⁊ ſi ſub cõditione.Sol.vt ibi.Opp.de l.ij.j.de liber.⁊ eorũ lib.
Sol.Dico quod filij liberti debent hanc reuerentiam viuo liberto
non mortuo,vt in contrario. ¶ Opp.de l.heres liberti.ff.de obſe.
Solu. Aliud in herede liberti,ad quẽ non tranſit illud grauamen,
qꝛ ex parte eius eſt odium. Aliud in herede patroni,ad quẽ trãſit,
quia ex parte eius eſt fauor. Ita loquitur hic. ¶ Opp.quod iuris
ignorãtia excuſat in dãnis,vt l.error.de iur.⁊ fact.ignor.Sol.hic in
2 iure naturali ratione inducto, † ibi in iure ciuili.quod dic vt plene
no.in l.regula.eo.ti.⁊ in c.ignorãtia.extra de reg.iur.lib.vj.per Dy.
¶ Oppo.⁊ videtur quod pena delicti poſſit per reſcriptũ remitti,
vt l.reſcripta.de preci.Impe.offe.Sol.Dicit gl.notabiliter,hoc eſt
3 verum in pena, † que debetur parti,que per reſcriptum non remittitur
ſecus in ea que debetur fiſco,vt l.contraria,⁊ vide iſtam gloſ.
quam not. ¶ Not.iſtam glo.pro compoſitionib.que fiunt tota die
cum rectoribus eccleſie,ſcilicet cum duce domino Marchione,vel
4 Comite eccleſie,vt per has cõpoſitiones † non poſſit remitti pena
ad q̃ quis eſſet condẽnatus parti ꝙ no. ¶ Opp.de l.quãuis.ff.eo.
Sol.fateor ꝙ patronus poteſt remittere non aũt per reſcriptũ,⁊c.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Venia edicti. Ro.circa iſtã materiã petitionis venie,quod
non eſt de ſubſtantia iudicij niſi petatur,vide Alex.conſ.
cccix. Item not.quod in petitione venie non requiritur citatio alicuius
imo iudex cõmittens ſimpliciter citationem petita venia videtur
eam cõcedere,vide do.Franciſ.conſi.cxviij. Item no.ꝙ nunquã
eſt de neceſſitate petẽda venia, niſi in caſib.a iure expreſſis ſecundũ
Bald.in c.j.de mi.vaſ.qui cont.eſt. Et de materia venie vide
late gl.⁊ doct.in §.penales. Inſtit.de act. Vide etiã in materia Ro.
ſing.x.vbi etiã ponit an priuatus poſſit fiſcum cõuenire ſine venia.
Item implorans iudicis officiũ non tenetur petere veniam ſecundum
Ro.quem refert Iaſ.in l.ne quicquã.§.vbi decretũ.ff.de offic.
procõſ.⁊ leg. Sed idem Iaſ.in l.j.ff.de iur.om.iud.tenet contrariũ
non facta mentione Lu.Ro. Itẽ de multis perſonis que non poſſunt
vocari in ius ſine venia, puta de patre ſpirituali qui leuauit
de ſacro fonte. Itẽ de ſacerdote parochiali,de magiſtro,⁊ domino
reſpectu vaſalli,⁊ alijs quibuſdam vide Ia.in l.generaliter.ff.eo.ti.

ALIA LECTVRA.

Venia edicti. Reuerẽtia que debetur patrono,⁊ que cõſiſtit in non faciendo,debetur
heredib.patroni, etiã extraneis.hoc primo.
Item erranti in iure quaſi naturali nõ ſuccurritur hoc ſecũdo. Itẽ
pena que debetur patrono a liberto vocante in ius ſine venia,non
remittitur per reſcriptum.h.d. Et habet tria dicta,ſecundũ incipit
ibi,nec in ea re.tertiũ ibi, cum igitur. ¶ Opponitur contra primũ
dictum de l.liberti.j.de oper.lib. Sol.ꝙ quedã ſunt opere cõſiſtentes
in non faciendo,vt puta de non vocãdo in ius ſine venia, ⁊ iſte
debentur extraneis,alias ſecus,vt in cõtrario. ¶ Itẽ opp.de l.j.§.
ſed ⁊ ſi ſub cõditione,j.de Lati.liber.tol.Sol.vt ibi. ¶ Itẽ opp.dicitur
quod filij liberti debent hanc reuerentiam,contra de l.ij.j.de
lib.⁊ eorũ lib. Gl.dat duas ſol. Iſta eſt vera,ꝙ filius liberti ipſo iure
liberto viuente reuerentiã debet,vt hic,ſed eo mortuo non,vt in
cõtrario de quo dic vt ibi no. ¶ Itẽ opp.⁊ videtur ꝙ ſicut extranei
heredes liberti nõ debẽt reuerentiã patrono,ita libertus nõ debet
reuerentiã extraneis heredib.patroni, cuius cõtrariũ dicitur hic,
vt l.heres.ff.de obſequijs. Soluit gl.no.ꝙ in l.cõtraria ex parte liberti
verſatur odiũ, ⁊ ideo reſtringił, ex parte vero patroni verſał
fauor. Iſta ſol.fundał per l.cũ quidã.ff.de lib.⁊ poſt. ¶ Cõtra ſecundum
dictũ opp.dicitur hic, naturali ratione,⁊c. cõtra qꝛ naturaliter
omnes homines ſunt liberi,vt §.j.Inſt.de iure naturali.Sol.gl.
ꝙ differentia eſt inter ius naturale,ſecundũ ꝙ oẽs ſunt liberi,vt in
cõtrario.⁊ rationẽ naturalẽ. Nã naturali ratione quilibet eſt obligatus
benefacere ſibi benefaciẽti,⁊ de tali tũc loquitur tex.noſter.
6 ¶ Itẽ opp.cõtra tertiũ dictũ hic ꝙ non põt impetrari per † reſcriptum.
cõtra de l.reſcripta.C.de precib.Impe.offe.Sol.no.gl.ꝙ aut
loquimur de pena applicãda fiſco,⁊ illa põt remitti. Aut loquimur
de pena applicãda parti,⁊ iſta nõ põt remitti per reſcriptũ,vt hic.
Poteſt valere iſta ſolutio ad iſtud,qꝛ fiunt tota die reformationes
ꝙ exbãniti rebãniantur ſoluta quarta parte pene, ⁊ reliqua eis ſit
remiſſa. Pone ꝙ quis erat bãnitus,puta in centũ dãdis,⁊ ſoluẽdis
cõmuni,⁊ in centũ dandis,⁊ ſoluẽdis parti vigore alicuius ſtatuti,
nunquid reformatio ſe extendet ad hunc exbannitũ inquantũ tangit
penã dandã parti. Dic ꝙ nõ per ſol.gl.⁊ arg.eorũ que no.in l.ij.
ff.ad Sylla.facit ꝙ no.per doc.in l.j.§.vſq3 adeo.ff.de iniu.Bart.

LEX III.

1 ☞ Lis inter patrem,⁊ filium,quando eſſe poſſit,⁊ nu.3.⁊ 5.
2 Venia nõ petita nec exceptiõe per partẽ,an valeat pceſſus.⁊ n.4.

Qui in poteſtate. Pater, vel mater, non poteſt vocari in ius ſine
venia.h.d. ¶ Opp.⁊ videtur ꝙ inter patrẽ ⁊ filiũ † poſſit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN